

semper in pulcherrima vetustissimæ gentis,
 ex qua originem dicit, exempla animum
 habens; & antenatorum quidem suorum res
 præclare gestas annales Veneti abunde conce-
 lebrant, unusque ex illis anno 1658. Supre-
 mam DUCIS dignitatem adeptus est; Ipse ve-
 ro Dominus Eques Franciscus, posteaquam
 binis vicibus munere Oratoris ad Aulam Re-
 gis Hispaniarum magna cum laude defunctus
 fuerat ad conspicuam Procuratoris Sancti Mar-
 ci dignitatem enectus talem se gessit, ut ob-
 eximiam, quam unice præ oculis habuit,
 patriæ charitatem omnium amorem, &
 fiduciam sibi conciliaverit, sed & litteras quo-
 que, quæ Republicæ ornamenta sunt, tueri
 & magis magisque provehere summopere cu-
 ræ habuit. Sacra igitur Cæsarea Regiaque
 Apostolica Majestas habita eorum omnium,
 quæ hic breviter commemorata sunt, clem-
 entissima ratione, & ut, quanti hæc fa-
 ciat, publice commonstrareret, Dominum E-
 quitem Franciscum Pesaro dignitate Consili-
 liarii sui actualis intimi, seu status, exorna-
 re labenter voluit, talemque hisce clementis-
 sime denominat, volens, ac mandans ut in
 omnibus Regnis, ac Provinciis suis heredita-
 tariis Consiliarius suus actualis intimus, seu
 status ab omnibus salutetur, ac honoretur,
 iuribus itidem, favoribus, prærogativis, &
 honoribus omnibus, quotquot excelsæ huic
 dignitati competere dignoscuntur, nemine

con-